Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

prior. Vbicumque vero consederint humilientur sibi
mutuo.

De generatione filiarum abbatiarum in ordine
et capitulo generali. III.

Quando vero aliqua ecclesiarum nostrarum
dei gratia adeo creuerit, ut nouum monasterium
construere possit; illam diffinitionem, quam nos
inter confratres nostros tenemus et ipsi teneant, exceptis
quod inter se annuum capitulum non habebunt
sed omnes abbates ordinis nostri singulis annis
ad generale capitulum Cistercii omni postposita ex-
cusatione conuenient, illis solis exceptis quos corporis
infirmitas retinuerit; qui tamen idoneum nuncium
delegare debebunt, per quem necessitas renouatis
eorum ueniat capitulo renunciari. Et illis exceptis
quibus remotioribus partibus habitantes, qui ex
termino uenient, qui eis fuerit a capitulo constitutus.
Quod si quis quacunque alia causa quandoque re-
nere a nostro capitulo generali presumpserit, si ter-
tis anni capitulo, pro culpa sua ueniam petat, nisi
sine graui animaduersione pertranseat.

§. In quo capitulo de salute animarum sua
tractent, et observatione sancte regule; vel si quid
emendandum vel agendum sit ordinent; bonum
quoque pacis et caritatis inter se reforment. Si
uero abbas minus in regula studiosus, vel se-
ribus rebus nimis intentus, vel in aliquibus re-
fus repertus fuerit; ibi caritative clametur (vel
nuncietur) clamatus veniam petat; penitentiam
pro culpa sibi indictam impleat. Hanc uero de-
mationem nonnisi abbates faciant.

§. Si forte aliqua controversia inter abbates
emerserit, vel de aliquo illorum tam grauis
pa propalata fuerit, vel suspensionem, ante sententiam
depositionem meretur, quidquid inde fuerit